



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

22. Februarii. Vel unicum impedivisse peccatum, pro omnibus totius etiam vitæ laboribus & curis satis magnum impensæ operæ pretium est. S. Ignat. apud Biderm. l. 1. c. 17.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)



corruit, & tristi ruinâ docet, quam timen-  
dus fit hostis, qui latet.

Quem vel sui præfidentia, vel ab aliis,  
à quibus juvari posset, animi aversione in-  
flamavit orcus, jam tenet ita constris-  
ctum, ut ægrè sit ruinam evasurus.

Pacem simulat hostis, ut tutiùs feriat;  
nullæ quippe insidiæ periculosiores sunt,  
quàm quæ plus obtendunt securitatis.

22. Februarii,

*Vel unicum impedivisse peccatum, pro om-  
nibus totius etiam vita laboribus & curis  
satis magnum impensa opera pretium est.*

S. Ignat. apud Biderm. l. i. c. 17.

**C**aligat plurimùm, qui in vili etiam  
mendicabulo non videt ingens pre-  
tium, nempe ultra corticem ille non aspi-  
cit; lacernam cernit, sed latent pretiosissi-  
ma, sub rudi concha inæstimabilis margas-  
rita, pro quâ emendâ decet omnes sum-  
ptus postponere.

Qui cogitat, quid Deus, quid creatura  
sit, facilè intelliget, quàm illius ab hac of-  
fensa sit enormis. Hanc impedire, est infi-  
nitum malum impedivisse.

Animæ pretium tanti Christo constitit,



ut eam suo sanguine, hoc est, infinito pretio redemptam voluerit; quanto minor nos eam emimus, licet pro eâ totius vitæ curas expendamus!

Una peccati labes æternis ignibus non satis expiatur; cogita ignem, quid acerbius? æternum cogita, quid longius? huius periculo animam totius vitæ laboribus eruere, est æternitatem momentis brevibus emere.

### 23. Februarii.

*Pete à Deo gratiam, ut multum patientiam cui hoc tribuit, multum tribuit; hoc uno plurima ejus beneficia continentur. S. Ignat. apud Bart. l. 4.*

**Q**uanto magis homo exterior patitur, tanto magis interior viget, illius molestiæ hujus augent merita. Rerum temporalium jactura lucrum facit æternum.

Satellitium vitæ patientia est, qui miseriam odit, mundo exeat, quàm diu vivit, ea dulcorare potest, vitare non potest. Velut quoddam numen tutelare miseris, patientia est, non quod tollat, sed quod levet mala.

Ini tecum rationes, & si absque palpaverum fateri velis, quantarum quotidiani